FORMULAE

DE SERIERUM REVERSIONE

DEMONSTRATIO VNIVERSALIS

SIGNIS LOCALIBUS

COMBINATORIO-ANALYTICORUM

VICARIIS

EXHIBITA

DISSERTATIO ACADEMICA

AUCTORE

M. HENRICO AUGUSTO ROTHE

DRESDANO.

LIPSIAE

LITTERIS SOMMERIIS.

Quae sunt communes problematibus circa Series quam plurimis, praesertim his, quae Methodo, generalissima illa quidem et latissime patente, Leibnitiana tractantur, per coefficientes fictos, qui assumuntur tanquam dati, difficultates: has ipsas pariter, quae de *Serierum Reversione* praecipit, vti vulgo instituitur, analysis, experta est longe grauissimas, vbi Infinitinomiorum, quae postulantur, Dignitates, et coefficientium fictorum, sequentium per antecedentium omnium recursum, determinatio, molestiam plane taediosam creant, et ad substitutiones tantum non insuperabiles deducunt. Quibus incommodis remedium attulit paratissimum certissimumque *Excellentissimus* HINDENBVRGIVS, Praeceptor atque Patronus plurimum mihi venerandus, exposita *noua Methodo combinatorio-analytica*, quam libris duobus: *Infinitinomii Dignitatum Exponentis indeterminati Historia, Leges ac Formulae — Gottingae* 1779. 4to, et *Noui Systematis Permutationum, Combinationum ac Variationum primae lineae — Lipsiae* 1781, 4to, luculenter pertractauit, eoque ipso, qui fructus ex *Combinatoria Arte* ad *Analysin* redundent longe vberrimi, exemplis quam plurimis et maxime perspicuis ostendit. Huius igitur methodi ope, quae ipsius est prae ceteris praestantia, *serierum*, a factorum polynomicorum quotcunque complicatione oriundarum, *Genesis* et *Terminus generalis*, *Infinitinomiorum* autem, pari facilitate atque Binomiorum, *Dignitates* exhiberi, coefficientes quaesiti singuli, ex ordine et extra ordinem, a praecedentibus independenter, in terminis statim simplicissimis, per seriei non fictae sed datae coefficientes atque exponentes, deriuari, ad alia problemata, per *Methodum* inprimis *Potentiarum*, accommodari, substitutionum autem molestissima diuerticula penitus evitari possunt.

His praesidiis et adminiculis adiutus ESCHENBACHIVS, *Vir Clarissimus*, peculiari libello: *De serierum Reuersione, formulis analytico-combinatoriis exhibita — Lipsiae* 1789 edito, problema hoc complicatissimum ingeniose tractauit, sic, vt formulam, terminis *combinatorio-analyticis* constantem exhiberet, qua seriei quaesitae coefficiens indeterminatus, extra ordinem, et ab antecedentibus independenter, datis solummodo seriei propositae coefficientibus et exponentibus, determinatur. Demonstratio *Formulae Eschenbachianae* (ita enim ab auctore eam appellare non dubitaui) cum neque in ipsius Auctoris libello

 tradita

tradita appareat, neque etiam ita ſit comparata, vt in oculos ſtatim incurrat, operae pretium me facturum eſſe arbitratus ſum, ſi opportunitate ſcribendi oblata, quae *Eſchenbachius* deſiderantibus in medio reliquit, ſpecimem qualiscunque diligentiae editurus, tractanda mihi ſumſerim, *duplicem demonſtrationem*, quam diu de hac re cogitans tandem inveni, hunc in finem propoſiturus.

Erunt fortaſſe, qui mihi obiiciant, meam formulae *Eſchenbachianae* demonſtrationem eſſe ſuperfluam. Nam *de la Grangium*, *Virum Celeb.* iam tradidiſſe formulam (a), *Fiſcheri* quidem *V. Cl.* iudicio (ex cuius libro (b) nuperrime edito primam eius accepi notitiam) *generaliſſime*, *maximoque*, *cuius Analyſis capax ſit*, *rigore* demonſtratam, ex qua formula *Eſchenbachiana* derivari poſſit. Sciendum autem eſt, demonſtrationem formulae *de la Grangii*, contra, quam contendit *Fiſcherus*, non ſolum non generalem eſſe, (valet enim tantummodo ſi m *numerus* eſt *integer poſitiuus*), ſed demonſtrationis etiam rigorem dubiis adhuc obnoxium reperiri. Ex *Identitate* enim *valorum* ſerierum huiusmodi

$$a + bx^{-1} + cx^{-2} \dots \qquad \alpha + \beta x^{-1} + \gamma x^{-2} \dots$$
$$+ Ax + Bx^2 + Cx^3 \dots \quad \text{atque} \quad + \text{A}x + \text{B}x^2 + \Gamma x^3 \dots$$

neque *initium* neque *finem* habentium, non licet eodem modo, quam fieri poteſt in ſeriebus initium habentibus, coefficientes in vtraque ſerie ad eandem variabilis x poteſtatem pertinentes, aequales eſſe, tuto et directe concludere. Qua de re alio loco fuſius dicendi ſeſe offeret occaſio.

Cum libri *Fiſcheriani* mentionem iniecerim, non poſſum non breuiter hic monere, ſigna, quibus *Fiſcherus* in libro ſuo vſus eſt (*Dimenſionszeichen*) cum ſignis *Hindenburgianis Combinatoriis* (𝔞ⁿA, 𝔟ⁿB, etc.) plane convenire (c), praeter formam externam, quam, quia eorum inventionem et vſum *iniuſtiſſime* ſibi

(a) Si p radix eſt aequationis $\alpha - x + \Phi x = 0$ (vbi Φx functionem incognitae x ſignificat) formulam hanc tradidit *de la Grangius*:

$$p^m = x^m + \frac{d(x^m)\Phi x}{dx} + d\,\frac{\left[\frac{d(x^m)}{dx}(\Phi x)^2\right]}{1.2\;\; dx} + d^2\,\frac{\left[\frac{d(x^m)}{dx}(\Phi x)^3\right]}{1.2.3\;\; dx^2} + d^3\,\frac{\left[\frac{d(x^m)}{dx}(\Phi x)^4\right]}{1.2.3.4\;\; dx^3} + \text{etc.}$$

in qua, facta differentiatione, loco x, ſubſtituendum eſt α. Cf. *Nouvelle méthode pour réſoudre les Equations litterales par le moyen des ſéries. Mem. de l'Acad. Roy. des Sc. et. B. L. à Berlin* 1770. p. 251 - 326. Huius diſſertationis verſio germanica invenitur in *Michelſens 3ten Bande der Euleriſchen Einleitung in die Analyſis des Unendlichen. S.* 190 - 270.

(b) *Theorie der Dimenſionszeichen, nebſt ihrer Anwendung auf verſchiedene Materien aus der Anal. endl. Groeſſen. II. Theile* 1792. *Vorrede S. IV.*

(c) Cf. *Combinatoriſche Analytik und Theorie der Dimenſionszeichen, in Parallele geſtellt von Heinrich Auguſt Toepfer, Leipzig 1793. Seite* 52 - 61. atque Tabula III. et IIII.

ſibi vult attribui, data opera paululum immutavit. Quod, quo melius ei procederet, plagiumque ſuum, ſi fieri ullo modo poſſet, lectores harum rerum ignaros lateret, omnia, quae accuratioris libri ſui cum *Hindenburgianis* [quorum non niſi vnius (*Nov. Syſt. Perm.*) ac obiter tantum, mentionem fecit, alterius vero (*Infinit. Dignit.*) eiusque ipſius, e quo plurima hauſit, ne titulum quidem nominauit] comparationis inſtituendae occaſionem praebere potuiſſent, maximo ſtudio adhibito vitavit, eamque etiam ob cauſam *regulas* ipſas, numerorum *Diſcerptiones* (d) ac *Variationes* (e) complexionisque cuiusvis propoſitae *Numerum Permutationum* (f) inveniendi [quibus tamen ſigna ſua, quae vocat, dimenſionalia nituntur] tradere auſus non eſt, ſed exempla tantum et tabulam, ex *Hindenburgiana* penitus tranſcriptam, attulit, de *Complexionibus* autem *ſimpliciter*, *admiſſis* vel *non admiſſis repetitionibus*, earumque notis, de *Permutationibus*, *de ſignis localibus*, eorumque in Analyſi vſu longe maximo, de *diſtantiae exponentibus*, atque *Coefficientium binomialium* et *polynomialium* notis, ne verbum quidem dicere, ideoque ſuam ſignorum dimenſionalium theoriam limitibus nimis arctis circumſcribere, coactus eſt. Quod detrimentum inde lectores capiant, optime oſtendit *Toepferus Vir Clariſſimus* (g), pluraque hac de re in theſibus huic diſſertationi adiectis expoſui, vnde luce clarius apparet, ſigna monadica *dimenſionalia Fiſcheriana*, longe inferiora effectu eſſe *Hindenburgianis* multiplicibus *combinatoriis*, tantum abeſt (quod inſinuare quidem vult *Fiſcherus*, [*Vorrede* S. V.] lectoribus) vt plus illa valeant, quam haec, efficere.

His vero ſignis alienis *Fiſcherus* non ſolum eodem modo atque *Hindenburgius*, vnde tranſcripſit, vſus eſt, ſed etiam eundem plane ordinem ſecutus, ea primo loco Infinitinomio $Ax^{m} + Bx^{m+r} + Cx^{m+2r} \ldots$ ad dignitatem *exponentis integri poſitiui*, deinde Infinitinomio $1 + Bx^{r} + Cx^{2r} + Dx^{3r} + \ldots$ ac denique Infinitinomio $Ax^{m} + Bx^{m+r} + Cx^{m+2r} \ldots$ ad dignitatem *exponentis indeterminati* euehendo, applicuit, atque ita eandem viam ingreſſus, easdem plane propoſitiones ac formulas elementares invenit, tradidit, problematibus applicuit, et perpauca, quae eſſent alicuius momenti, et quae ipſe inveniſſe iuſto dici poſſit, addi-

(d) *Combinatoriſche Analytik Seite* 16-21.
(e) *Ibid. S.* 61-68.
(f) *Ibid. S.* 21. 22.
(g) *Ibid. vierzehnter Abſchnitt.*

addidit (h). Namque etiam formula, quam non solum libri sui, sed totius fere Analyseos, primariam esse iudicauit, quamque, sicuti reliqua omnia, tanquam inventionem suam venditauit, nulla alia est quam *Eschenbachiana regressoria* (i). Quod ne lectoribus in oculos incurrat statim, aliud ei nomen (*allgemeine Auflösungsreihe*) dedit, signorum autem *Combinatorio - analyticorum* loco, quibus *Eschenbachius* eam exhibuit, sua *dimensionalia*, proque *Coefficientium Binomialium* notis eorum valores posuit. Quam formulam ab *Eschenbachio* Viro Clarissimo sine demonstratione prolatam, etiam *Fischerum* demonstrare non potuisse non miror, cum res multo faciliores demonstrare non potuerit (k). Reli-

(h) *Ibid. zehnter Abschnitt, atque Tabula VII.*

(i) *Ibid. eilfter zwölfter und dreizehnter Abschnitt, atque Tabula VIII.*

(k) Exemplis hoc tantummodo duobus, ex pluribus, probabo:

1) Inuenit *Fischerus* (*Theorie der Dimens. I. Th. §. 122. Seite 101*). $\log. \frac{1-x+x^2}{(1-x)^2} = \frac{1}{1}x + \frac{3}{2}x^2 + \frac{4}{3}x^3 + \frac{3}{4}x^4 + \frac{1}{5}x^5 + \frac{0}{6}x^6 + \frac{1}{7}x^7 + \frac{3}{8}x^8 + \frac{4}{9}x^9 + \frac{3}{10}x^{10} + \frac{1}{11}x^{11} + \frac{0}{12}x^{12} + \frac{1}{13}x^{13} + \frac{3}{14}x^{14} + \frac{4}{15}x^{15} + \frac{3}{16}x^{16} + \frac{1}{17}x^{17} + \frac{0}{18}{}^{18} +$ etc. atque legem hic apparentem, sed *a posteriori* ab ipso quaesitam, facillime demonstrare potuisset, si modo non protinus $\frac{x}{(1-x)^2}$ in seriem conuertisset, sed cogitasset, esse $1-x+x^2 = \frac{1+x^3}{1+x}$. Hinc $\log. \frac{1-x+x^2}{(1-x)^2} = \log.(1+x^3) - \log.(1+x) - 2\log.(1-x)$, vnde statim exsurgit *series quaesita* et, vti ipsi visa est praeter necessitatem, *obstinata* cum *termino generali.*

2) Sit $v =$ sin. vers. x, $\frac{1}{2}x = z$, $\sin\frac{1}{2}x = \sin z = y$, atque est

$$\cos.\frac{2z}{p} = 1 - \frac{\frac{4}{p^2}y^2}{1.2} + \frac{\frac{4}{p^2}\left(\frac{4}{p^2}-4\right)y^4}{1.2.3.4} - \text{etc.} = 1 - \frac{\frac{4}{p^2}y^2}{1.2} - \frac{\frac{4}{p^2}\left(4-\frac{4}{p^2}\right)y^4}{1.2.3.4} - \frac{\frac{4}{p^2}\left(4-\frac{4}{p^2}\right)\left(16-\frac{4}{p^2}\right)y^6}{1.2.3.4.5.6} - \frac{\frac{4}{p^2}\left(4-\frac{4}{p^2}\right)\left(16-\frac{4}{p^2}\right)\left(36-\frac{4}{p^2}\right)y^8}{1.2.3.4.5.6.7.8} - \ldots\ldots$$

ergo

$$1 - \cos.\frac{2z}{p} = \text{sin. vers.}\frac{2z}{p} = 2\sin^2\frac{z}{p} = \frac{\frac{4}{p^2}y^2}{1.2} + \frac{\frac{4}{p^2}\left(4-\frac{4}{p^2}\right)y^4}{1.2.3.4} + \frac{\frac{4}{p^2}\left(4-\frac{4}{p^2}\right)\left(16-\frac{4}{p^2}\right)y^6}{1.2.3.4.5.6} + \frac{\frac{4}{p^2}\left(4-\frac{4}{p^2}\right)\left(16-\frac{4}{p^2}\right)\left(36-\frac{4}{p^2}\right)y^8}{1.2.3.4.5.6.7.8} + \ldots$$

atque

$$2\left(p\sin\frac{z}{p}\right)^2 = \frac{4}{1.2}y^2 + \frac{4\left(4-\frac{4}{p^2}\right)y^4}{1.2.3.4} + \frac{4\left(4-\frac{4}{p^2}\right)\left(16-\frac{4}{p^2}\right)y^6}{1.2.3.4.5.6} + \frac{4\left(4-\frac{4}{p^2}\right)\left(16-\frac{4}{p}\right)\left(36-\frac{4}{p^2}\right)y^8}{1.2.3.4.5.6.7.8} + \ldots + \frac{4\left(4-\frac{4}{p^2}\right)\left(16-\frac{4}{p^2}\right)\left(36-\frac{4}{p^2}\right)\ldots\left(4n^2-\frac{4}{p^2}\right)y^{2n+2}}{1.2.3.4.5.6.7.8\ldots(2n+1)(2n+2)}$$

Posito

Reliquum eſt, ut de argumento ipſius diſſertationis breuiter exponam. Signo ([1]) nouo, quo vſus ſum, aliisque, quae *Hindenburgius Vir Celeberrimus* iam introduxit, in §. I. et paſſim in notis breuiſſime explicitis, in §. II-IV relationes quasdam coefficientium in ſerierum dignitatibus per formulas locales propoſui, quibus *prima* in §. V. ſuperſtruitur demonſtratio, quam excipit duplex formulae ipſius regreſſoriae, per ſigna combinatoria et per valores eorum expoſitio, adhibitis ſimul pluribus, ad ipſius formulae vlteriorem explicationem, idoneis exemplis. Aliam §. VI. continet formulam localem longe generaliſſimam, methodo *Bernoulliana* ab *Illuſtri Kaeſtnero* pluribus locis uſurpata, demonſtratam, cum Corollario, in quo potiores, quae inde pendent, formulae ſpecialiores, exhibentur. Huius formulae ſubſidio *altera* Formulae Eſchenbachianae demonſtratio absque omni difficultate in §. VII. abſoluitur. Quibus peractis, in §. VIII. formula proponitur, ſeriei quaeſitae logarithmum naturalem, datis ſolummodo coefficientibus et exponentibus, ex

exprimen

Poſito vero $p = \infty$, mutatur $p \sin \frac{z}{p}$ in z, atque eſt $2z^2 = \frac{4}{1.2}y^2 + \frac{4.4}{1.2.3.4}y^4 + \frac{4.4.16}{1.2.3.4.5.6}y^6$

$+ \frac{4.4.16.36}{1.2.3.4.5.6.7.8}y^8 \ldots\ldots + \frac{4.4.16.36 \ldots\ldots 4n^2}{1.2.3.4.5.6\ldots(2n+1)(2n+2)}y^{2n+2} + \ldots\ldots\ldots = \frac{1}{1.2}2^2y^2$

$+ \frac{1^2}{1.2.3.4}2^4y^4 + \frac{1^2.2^2}{1.2.3.4.5.6}2^6y^6 + \frac{1^2.2^2.3^2}{1.2.3.4.5.6.7.8}2^8y^8 \ldots + \frac{1^2.2^2.3^2 \ldots n^2}{1.2.3.4\ldots(2n+1)(2n+2)}2^{2n+2}y^{2n+2} + \ldots$

$= \frac{1}{1.2}2^2y^2 + \frac{1}{2.3.4}2^4y^4 + \frac{1.2}{3.4.5.6}2^6y^6 + \frac{1.2.3}{4.5.6.7.8}2^8y^8 \ldots + \frac{1.2.3\ldots n}{(n+1)(n+2)\ldots(2n+2)}2^{2n+2}y^{2n+2}$ + etc.

ſiue etiam $\frac{1}{2}z^2 = \frac{1}{1.2}y^2 + \frac{2}{3.4}y^4 + \frac{2.4}{3.5.6}y^6 + \frac{2.4.6}{3.5.7.8}y^8 + \ldots + \frac{2.4.6\ldots 2n}{3.5.7\ldots(2n+1)(2n+2)}y^{2n+2}$ + etc.

Hae aequationes exprimunt quadratum arcus per ſinum. Eſt autem $2z^2 = \frac{1}{2}x^2 = \frac{1}{1.2}2^2y^2$

$+ \frac{1}{2.3.4}2^4y^4 + \frac{1.2}{3.4.5.6}2^6y^6 + \frac{1.2.3}{4.5.6.7.8}2^8y^8 \ldots + \frac{1.2.3\ldots n}{(n+1)(n+2)\ldots(2n+2)}2^{n+2}y^{2n+2} + \ldots$

atque ſin verſ. $x = 2 \sin^2 \frac{1}{2}x$, ſiue $2v = 2^2y^2$, ergo $\frac{1}{2}x^2 = \frac{1}{1.2}.2v + \frac{1}{2.3.4}2^2v^2 + \frac{1.2}{3.4.5.6}2^3v^3$

$+ \frac{1.2.3}{4.5.6.7.8}2^4v^4 + \ldots\ldots\ldots + \frac{1.2.3\ldots n}{(n+1)(n+2)\ldots(2n+2)}2^{n+1}v^{n+1} \ldots\ldots\ldots$

Aequatio haec eſt M (*Theor. der Dimenſionsz. II. Th.* §. 327. *S.* 129.) atque apparet, ad eam demonſtrandam non opus eſſe calculo *implicato*, vti *Fiſcherus* credidit.

Plura huc pertinentia propoſui in theſibus ad finem huius libelli.

(1) *Scalae* ſcilicet p [*a*, *b*, *c*, *d* . . .] vel q [α, β, γ, δ . . .] de qua §. I. expoſui. Series hic p et q *ſolis* cenſentur *coefficientibus* *a*, *b*, *c*, *d*. . . vel α, β, γ, δ. . . hoc eſt, non variabilium, aut ipſarum exponentium (dummodo in arithmetica progreſſione ſequantur) determinatione; quae *ſingula* poſſunt, in una adeo eademque propoſitione, *ſimul diverſa* cogitari.

primens, eaque legitima demonstratione munitur, exemplis illustratur. Formula denique regressoria, quam *Eschenbachius V. Cl.* duabus seriebus sibi aequalibus accomodauit, signorum combinatoriorum et localium compendio in §. IX. simplicius et magis perspicue expressa, agitur vltimo loco, sed breuissime §. X, de *Leibnitiano* ad serierum reversionem pertinente problemate complicatissimo, in quo soluendo coefficientes seriei fictae, tam per terminos reccurrentes, quam per solos datos determinantur. Methodus enim combinatorio-analytica pari vtilitate adhibetur, siue serierum terminos quoslibet extra ordinem (in quo fere dominatur sola) ab antecedentibus independenter, siue sequentes, per regressum ad antecedentes, ex ordine quaeras. Caeterum literae in calculo adhibitae, valores omnes, positiuos et negatiuos, integros et fractos, induere, atque etiam nihilo aequari, possunt, nisi expressa caueatur restrictione (vt §. V.) aut res ipsa loquatur. Sic v. c. litterae, r in §. III et IV, m et 'm in §. VI, et quae serierum terminos saepissime numerat, n, non nisi valores integros positiuos admittere possunt.

Plura quae ad calculum combinatorio-analyticum pertinent, fusius repetere hic non potui, ideoque saepenumero, ad duos *Hindenburgii Celeberrimi* libros provocaui, hac tamen inita ratione, vt etiam ii, qui ducibus istis summis destituti, calculum istum nondum callent, res ipsas hic propositas, earumque demonstrationes intelligere possint. Quodsi mihi contigerit esse tam felici, vt hunc libellum a viris doctis non reprobatum viderim, et quidquam vtilitatis attulerim *Methodo analytico-combinatoriae*, quae maior est, quam vt iustis eam hic praedicare possim laudibus, maximam me felicitatem nactum esse nullus dubito.

Lipsiae d. XXXI. Aug.
MDCCLXXXXIII.

§. I.

§. I.

Si ponitur Series $ax^{s} + bx^{s+d} + cx^{s+2d} \ldots\ldots = p$, erit $(ax^{s} + bx^{s+d} + cx^{s+2d} \ldots)^{m}$ ſiue $p^{m} = p^{m}\daleth_{1} + p^{m}\daleth_{2} + p^{m}\daleth_{3} \ldots\ldots + p^{m}\daleth_{(n+1)} \ldots\ldots$ ſive etiam $p^{m} = p^{m}\varkappa_{1}x^{sm} + p^{m}\varkappa_{2}x^{sm+d} + p^{m}\varkappa_{3}x^{sm+2d} \ldots + p^{m}\varkappa_{(n+1)}\,x^{sm+nd} \ldots\ldots$ (a).

Hae, *Terminorum integrorum*, $p^{m}\daleth_{1}$, $p^{m}\daleth_{2} \ldots p^{m}\daleth_{(n+1)}$, vel *Coefficientium* tantummodo, $p^{m}\varkappa_{1}$, $p^{m}\varkappa_{2}$, $\ldots\; p^{m}\varkappa_{(n+1)}$ ſeriei p^{m} notae, (quarum inter ſe relatio formula generali $p^{m}\daleth_{(n+1)} = p^{m}\varkappa_{(n+1)}x^{sm+nd}$ exprimitur) *Signa Localia* (*Lokalzeichen, Lokalausdrücke*) vocantur, vſusque eorum in Analyſi, inprimis combinatoria, longe maximus eſt.

Signorum Localium $p^{m}\daleth_{1}$, $p^{m}\daleth_{2} \ldots p^{m}\daleth_{(n+1)}$ *valores*, a ſeriei p, non ſolum *Coefficientibus*, ſed etiam *Exponentibus*, ipſiusque *Variabilis* determinatione pendent. Indicandi itaque ſunt, quoties iis vtimur, ſeriei p coefficientes $a, b, c, d, \ldots$ exponentes s, d, litteraque x, variabilem denotans; quod commodius vix effici poterit, quam ſi ſeries ipſa $ax^{s} + bx^{s+d} + cx^{s+2d} \ldots = p$ apponitur.

Valores autem ſignorum localium $p^{m}\varkappa_{1}$, $p^{m}\varkappa_{2}$, $\ldots\; p^{m}\varkappa_{(n+1)}$, de quibus hic potiſſimum agitur, ſeriei p ſolummodo *Coefficientibus* $a, b, c, d, \ldots$ determinantur. Signum itaque hoc: $p\,[a,\ b,\ c,\ d,\ \ldots]$ ſive etiam $p\left[\begin{smallmatrix}1 & 2 & 3 & 4 \ldots \\ a, & b, & c, & d \ldots\end{smallmatrix}\right]$ (praeſertim ubi loco $a, b, c, d \ldots$ coefficientes occurrunt magis compoſiti et complicati) quod *Scalam* appellabo, indicat, Seriei p coefficientes eſſe ex ordine, primum a, ſecundum b, tertium c, quartum $d \ldots$; idque ſemper addam, quotiescunque ſignis $p^{m}\varkappa_{1}$, $p^{m}\varkappa_{2} \ldots$ vtar. Qua re efficitur, vt ſigna haec localia non ſolum ſtatim intelligi, ſed etiam ipſorum valores, ſi opus eſt, ſignis et notis vulgaribus exhiberi poſſint; cui rei hae inſeruiunt *formulae combinatorio - analyticae:*

$$p^{m}\varkappa_{1} = a^{m}$$

$$p^{m}\varkappa_{2} = {}^{m}\mathfrak{A}a^{m-1}\,\mathfrak{a}^{1}A$$

$$p^{m}\varkappa_{3} = {}^{m}\mathfrak{A}a^{m-1}\,\mathfrak{a}^{2}A + {}^{m}\mathfrak{B}a^{m-2}\,\mathfrak{b}^{2}B$$

$$p^{m}\varkappa_{4} = {}^{m}\mathfrak{A}a^{m-1}\,\mathfrak{a}^{3}A + {}^{m}\mathfrak{B}a^{m-2}\,\mathfrak{b}^{3}B + {}^{m}\mathfrak{C}a^{m-3}\,\mathfrak{c}^{3}C$$

$$\text{〃} \qquad \text{〃} \qquad \text{〃} \qquad \text{〃}$$

$$p^{m}\varkappa_{(n+1)} = {}^{m}\mathfrak{A}a^{m-1}\,\mathfrak{a}^{n}A + {}^{m}\mathfrak{B}a^{m-2}\,\mathfrak{b}^{n}B + {}^{m}\mathfrak{C}a^{m-3}\,\mathfrak{c}^{n}C \ldots + {}^{m}\mathfrak{N}a^{m-n}\,\mathfrak{n}^{n}N$$

vbi

(a) *Noui Syſtematis Permutationum, Combinationum ac Variationum primae lineae.* p. XXXIII.

A

vbi *Classibus Combinatoriis* $\mathfrak{a}^n A$, $\mathfrak{b}^n B$, $\mathfrak{c}^n C$ .... respondet *Index* $\begin{pmatrix} b, & c, & d, & e. & .. \\ 1, & 2, & 3, & 4 & ... \end{pmatrix}$(b). Facillimum itaque est, valorem cuiusvis signorum localium $p^m \varkappa 1$, $p^m \varkappa 2$, . . . per scalam appositam, et, qui ab ea pendet, indicem, exhibere. Sic v. c. posito $n = 4$ erit $p^m \varkappa 5 = m a^{m-1} e + \frac{m.\, m-1}{1.\ \ 2.} a^{m-2}(2bd + c^2) + \frac{m.\, m-1.\, m-2}{1.\ \ 2.\ \ 3.} a^{m-3}\, 3b^2 c + \frac{m.\, m-1.\, m-2.\, m-3}{1.\ \ 2.\ \ 3.\ \ 4.} a^{m-4} b^4.$

Alia scala sit: $q\,[\alpha, \beta, \gamma, \delta, \varepsilon \ldots]$ et index $\begin{pmatrix} \beta, & \gamma, & \delta, & \varepsilon. & ... \\ 1, & 2, & 3, & 4. & ... \end{pmatrix}$ atque erit $q^{\frac{f}{g}} \varkappa 4 = \frac{f}{g} \alpha^{\frac{f}{g}-1} \delta + \frac{f.\, f-g}{1.\, 2\ \ g^2} \alpha^{\frac{f}{g}-2}\, 2\beta\gamma + \frac{f.\, f-g.\, f-2g}{1.\ \ 2.\ \ 3.\ \ g^3} \alpha^{\frac{f}{g}-3} \beta^3.$

§. II.

Duae sint scalae: $q\,[\alpha, \beta, \gamma, \delta \ldots]$ et $p\,[q^f \varkappa 1, q^f \varkappa 2, q^f \varkappa 3 \ldots]$, atque erit $p^l \varkappa (n+1) = q^{lf} \varkappa (n+1)$.

Demonstratio.

$(\alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 \ldots)^f = q^f \varkappa 1 x^f + q^f \varkappa 2 x^{f+1} + q^f \varkappa 3 x^{f+2}$ etc. . . . . (§. I.) $= \Sigma$, et $(q^f \varkappa 1 x^f + q^f \varkappa 2 x^{f+1} + q^f \varkappa 3 x^{f+2} \ldots)^l = p^l \varkappa 1 x^{lf} + p^l \varkappa 2 x^{lf+1} + p^l \varkappa 3 x^{lf+2} \ldots + p^l \varkappa (n+1) x^{lf+n} \ldots = \Sigma^l = (\alpha x + \beta x^2 + \gamma x^3 \ldots)^{lf} = q^{lf} \varkappa 1 x^{lf} + q^{lf} \varkappa 2 x^{lf+1} + q^{lf} \varkappa 3 x^{lf+2} \ldots + q^{lf} \varkappa (n+1) x^{lf+n} \ldots$ unde sequitur $p^l \varkappa (n+1) = q^{lf} \varkappa (n+1)$.

§. III.

(b) *Nou. Syst. Perm.* §. VI, 7, p. LIV, et *Infin. Dign.* §. XXV, 5, p. 119. $^m\mathfrak{A}$, $^m\mathfrak{B}$, $^m\mathfrak{C}$ ... $^m\mathfrak{N}$, *coefficientes* designant *binomiales* dignitatis mtae, *primum*, *secundum*, *tertium*. . . *ntum*. *Nou. Syst. Perm.* p. XL. Signa $\mathfrak{a}^n A$, $\mathfrak{b}^n B$, $\mathfrak{c}^n C$ . . . . . $\mathfrak{n}^n N$, ad *Indicem* definitum, iis semper adscribendum, qui hic $\begin{pmatrix} b, & c, & d, & e & ... \\ 1, & 2, & 3, & 4 & ... \end{pmatrix}$ est, referenda, indicant, numerum n *discerpendum esse* modis omnibus possibilibus, in *unam*, *duas*, *tres*. . . . *n* partes, sic, vt numeri vel partes minores praecedant, pares vel maiores sequantur; in qualibet autem discerptione ponendas esse, loco numerorum 1, 2, 3, 4 . . . quae numeris istis in Indice respondent, literas *b*, *c*, *d*, *e* . . . et quamlibet denique inde ortam complexionem ducendam esse in *Numerum Permutationum*, qui nimirum indicat, quot variis modis literae, quibus complexio composita est, possint transponi. Sic, pro *complexione generali* $a^\alpha b^\beta c^\gamma d^\delta \ldots r^\varrho$, est $\frac{\nu.\, \nu-1.\, \nu-2.\, \nu-3.\, \nu-4 \ldots 4.\, 3.\, 2.\, 1.}{1.2.3\ldots\alpha.\, 1.2.3\ldots\beta.\, 1.2.3\ldots\gamma.\, 1.2.3\ldots\delta \text{ etc. } 1.2\ldots\varrho}$, vbi $\alpha, \beta, \gamma, \delta \ldots \varrho$. numeri sunt integri positiui, atque $\nu = \alpha + \beta + \gamma + \delta \ldots + \varrho$. *Infin. Dign.* §. XIII. p. 32. *Nov. Syst. Perm.* §. III, 23, p. XXIV. Signum, exempli causa, $\mathfrak{c}^9 C$ hic monet: 1) numerum 9 discerpendum esse in *tres* numeros siue partes omnibus modis possibilibus, sic, vt numeri minores praecedant, pares vero aut maiores sequantur, qui sunt: 1, 1, 7; 1, 2, 6; 1, 3, 5; 1, 4, 4; 2, 2, 5; 2, 3, 4; 3, 3, 3; numero septem 2) in qualibet discerptione

ptione

§. III.

$$s a p^m \varkappa(n+1) + (s+d) b p^m \varkappa n + (s+2d) c p^m \varkappa(n-1) \ldots\ldots + (s+rd)\overset{r}{a} p^m \varkappa(n-r+1) \ldots\ldots$$

$$\ldots + (s+nd)\overset{n}{a} p^m \varkappa 1 = \frac{s(m+1)+nd}{m+1}\, p^{m+1}\varkappa(n+1)$$

$$p\,[a,\ b,\ c,\ d,\ \ldots]$$ (c)

Demonstratio.

$(ax^s + bx^{s+d} + cx^{s+2d} \ldots\ldots + \overset{r}{a}x^{s+rd} + \ldots\ldots + \overset{n}{a}x^{s+nd} \ldots\ldots)^{m+1} = p^{m+1}\varkappa 1 x^{s(m+1)} + p^{m+1}\varkappa 2 x^{s(m+1)+d} + p^{m+1}\varkappa 3 x^{s(m+1)+2d} \ldots\ldots + p^{m+1}\varkappa(n+1) x^{s(m+1)+nd}$, et ſumtis differentialibus:

$$(m+1)(ax^s + bx^{s+d} + cx^{s+2d} \ldots)^m [sax^{s-1} + (s+d)bx^{s+d-1} + (s+2d)cx^{s+2d-1} \ldots + (s+rd)\overset{r}{a}x^{s+rd-1}$$

$$\ldots + (s+nd)\overset{n}{a}x^{s+nd-1} \ldots\ldots]\,dx = [s(m+1)p^{m+1}\varkappa 1 x^{s(m+1)-1} + (s(m+1)+d)p^{m+1}\varkappa 2\, x^{s(m+1)+d-1}$$

$$+ (s(m+1)+2d)p^{m+1}\varkappa 3 x^{s(m+1)+2d-1} \ldots\ldots + (s(m+1)+nd)\, p^{m+1}\varkappa(n+1) x^{s(m+1)+nd-1} + \ldots]\,dx$$

ergo $[p^m\varkappa 1 x^{sm} + p^m\varkappa 2 x^{sm+d} \ldots + p^m\varkappa(n-r+1)\, x^{sm+(n-r)d} + \ldots + p^m\varkappa(n+1) x^{sm+nd} \ldots]$

$$[sax^{s-1} + (s+d)bx^{s+d-1} \ldots\ldots + (s+rd)\overset{r}{a}x^{s+rd-1} \ldots\ldots + (s+nd)\overset{n}{a}x^{s+nd-1} \ldots]$$

$$= \frac{s(m+1)}{m+1}p^{m+1}\varkappa 1\, x^{s(m+1)-1} + \frac{(s(m+1)+d)}{m+1}\, p^{m+1}\varkappa 2 x^{s(m+1)+d-1} + \ldots\ldots\ldots\ldots$$

$\ldots + \frac{(s(m+1)+nd)}{m+1}\, p^{m+1}\varkappa(n+1)\, x^{s(m+1)+nd-1} \ldots$ et facta multiplicatione

ptione loco numerorum 1, 2, 3, 4... ſubſtituendas eſſe reſpectiue literas *b*, *c*, *d*, *e*...., qua ſubſtitutione has nanciſcimur complexiones, *bbb*; *bcg*; *bdf*; *bee*; *ccf*; *cde*; *ddd*; 3) harum denique complexionum quamlibet ducendam eſſe in numerum permutationum, per formulam modo traditam, definitum, vnde fit $\mathfrak{c}^9\mathrm{C} = 3b^2b + 6bcg + 6bdf + 3be^2 + 3c^2f + 6cde + d^3$. Quomodo diſcerptiones omnes ſine errandi periculo poſſint exhiberi, docuit Excell. Hindenburgius, *Infin. Dign.* §. XXII. p. 73 ſeq. et excerpſit Clar. Eſchenbachius in Diſſert. *de Serierum Reuerſione* p. 16 — 20.

In fine huius libelli duas exhibui Tabulas, quarum prior diſcerptiones numerorum 1 — 10, poſterior valores ſignorum $\mathfrak{a}^1\mathrm{A}$, $\mathfrak{a}^2\mathrm{A} \ldots \mathfrak{a}^{10}\mathrm{A}$; $\mathfrak{b}^2\mathrm{B}$, $\mathfrak{b}^3\mathrm{B} \ldots \mathfrak{b}^{10}\mathrm{B}$ etc. ad Indicem $\begin{pmatrix} \beta, & \gamma, & \delta \ldots \\ 1, & 2, & 3 \ldots \end{pmatrix}$ continet. Tabula poſterior, e priori, ſic vt modo memoraui, formata adhiberi etiam poteſt, ſi Index eſt alius, quam $\begin{pmatrix} \beta, & \gamma, & \delta \ldots \\ 1, & 2, & 3 \ldots \end{pmatrix}$ v. c. $\begin{pmatrix} p, & q, & r \ldots \\ 1, & 2, & 3 \ldots \end{pmatrix}$ ſcribendo nimirum loco literarum β, γ, δ ...., literas p, q, r... reſpectiue, eas ſcilicet, quae in Indice numeris 1, 2, 3... ſuo loco ſingulis, reſpondent.

(c) $\overset{r}{a}$, $\overset{n}{a}$, ſignificat, litterarum *a*, *b*, *c*, *d*... (r + 1) tam, (n + 1) tam, quae ſcilicet r aut n locis a prima *a*, remota eſt. *Nov. Syſtem. Perm.* p. XXXVII. Eſt itaque hic littera r ſiue n *diſtantiae exponens*. Conf. *Ibid.* p. LXV, 8, 9. Interdum *diſtantiae exponentes* occurrunt *negatiui*.

$$sap^m\kappa 1\, x^{s(m+1)-1} + sap^m\kappa 2\, x^{s(m+1)+d-1} \ldots\ldots + sap^m\kappa(n+1)\, x^{s(m+1)+nd-1}$$
$$+ (s+d)\, bp^m\kappa 1 x^{s(m+1)+d-1} \ldots\ldots + (s+d)\, bp^m\kappa n x^{s(m+1)+nd-1}$$
$$\vdots$$
$$+ (s+rd)\, \overset{r}{a} p^m\kappa(n-r+1) x^{s(m+1)+nd-1}$$
$$\vdots$$
$$+ (s+nd)\, \overset{n}{a} p^m\kappa 1 x^{s(m+1)+nd-1}$$
$$= \frac{s(m+1)}{m+1} p^{m+1}\kappa 1 x^{s(m+1)-1} + \frac{(s(m+1)+d)}{m+1} p^{m+1}\kappa 2 x^{s(m+1)+d-1} \ldots + \frac{(s(m+1)+nd)}{m+1} p^{m+1}\kappa(n+1) x^{s(m+1)+nd-1}$$

ergo $sap^m\kappa(n+1) + (s+d) bp^m\kappa n + (s+2d) cp^m\kappa(n-1) \ldots + (s+rd)\overset{r}{a} p^m\kappa(n-r+1) \ldots$

$$\ldots + (s+nd)\overset{n}{a} p^m\kappa 1 = \frac{s(m+1)+nd}{m+1} p^{m+1}\kappa(n+1) \quad \text{Q. E. D.}$$

Coroll. I. Sit $s = -n$, et $d = m+1$ atque est

$$-nap^m\kappa(n+1) + (m-n+1) bp^m\kappa n + (2m-n+2) cp^m\kappa(n-1) \ldots + (rm-n+r)\overset{r}{a} p^m\kappa(n-r+1) \ldots$$
$$\ldots + nm\,\overset{n}{a} p^m\kappa 1 = \frac{-n(m+1)+n(m+1)}{m+1} p^{m+1}\kappa(n+1) = 0.$$

ergo

$$\frac{(m-n+1) bp^m\kappa n + (2m-n+2) cp^m\kappa(n-1) \ldots + (rm-n+r)\overset{r}{a} p^m\kappa(n-r+1) \ldots + mn\overset{n}{a} p^m\kappa 1}{na} = p^m\kappa(n+1)$$

Haec formula continet regulam *Illustris Kaestneri*, *Viri Celeberrimi*, pro Infinitinomii Dignitatibus, qua inveniuntur successiue coefficientium $p^m\kappa 2$, $p^m\kappa 3$, $p^m\kappa 4$ etc. sequentes, per omnes antecedentes (d).

Coroll. II. $\dfrac{p^{m+1}\kappa(n+1)}{m+1} = a^m a^n A + \underset{2}{{}^m\mathfrak{A}} a^{m-1} b^n B + \underset{3}{{}^m\mathfrak{B}} a^{m-2} c^n C \ldots + \underset{n}{{}^m\overset{-1}{\mathfrak{N}}} a^{m-n+1} n^n N$ (e)

$p[a, b, c, d, e \ldots]$ $\binom{b,\ c,\ d,\ e \ldots}{1\ \ 2\ \ 3\ \ 4 \ldots}$

Ergo

(d) *Kaestners Analysis des Unendlichen* §. 56. XI. Si enim loco

n, a, b, c, $d \ldots \overset{n}{a}$ $\overset{n+1}{a}$; $p^m\kappa 1$, $p^m\kappa 2$, $p^m\kappa 3 \ldots p^m\kappa(n+1)$, $p^m\kappa(n+2)$ in nostra formula, scribitur $n+1$, 1, $\alpha, \beta, \gamma \ldots \lambda n$, $\lambda(n+1)$, 1, A, B, ... Ln, $L(n+1)$, formula prodit Kaestneriana.

(e) De signorum $p^m\kappa n$ valoribus §. I. Est autem ${}^{m+1}\mathfrak{A} = (m+1)$; ${}^{m+1}\mathfrak{B} = (m+1)\,\underset{2}{{}^m\mathfrak{A}}$; ${}^{m+1}\mathfrak{C} = (m+1)\,\underset{3}{{}^m\mathfrak{B}}$; ... ${}^{m+1}\mathfrak{N} = (m+1)\,\underset{n}{{}^m\overset{-1}{\mathfrak{N}}}$. Scilicet $\overset{-1}{\mathfrak{N}}$, litterarum $\mathfrak{A}$, $\mathfrak{B}$, $\mathfrak{C}$ ... designat (n−1)tam. Hinc *Coefficientes binomiales* ${}^m\overset{+r}{\mathfrak{N}}$ et ${}^m\overset{-r}{\mathfrak{N}}$, qui sint et quid significent, facile intelligitur. Nempe *distantiae exponentes* etiam hic, vt alibi, vtiliter adhibentur.

Ergo

$$s a p^m \varkappa(n+1) + {}_{(s+d)} b p^m \varkappa n + {}_{(s+2d)} c p^m \varkappa(n-1) \ldots\ldots + {}_{(s+nd)} \overset{n}{a} p^m \varkappa 1$$

$$= {}_{(s(m+1)+nd)} \left(a^m \mathfrak{a}^n A + {}^m \underset{\overline{2}}{\mathfrak{A}} a^{m-1} \mathfrak{b}^n B + {}^m \underset{\overline{3}}{\mathfrak{B}} a^{m-2} \mathfrak{c}^n C \ldots + {}^m \underset{\overline{n}}{\overset{-1}{\mathfrak{N}}} a^{m-n+1} \mathfrak{n}^n N \right)$$

Hac in formula ponatur $m = -1$, et eſt

$$s a p^{-1} \varkappa(n+1) + {}_{(s+d)} b p^{-1} \varkappa n + {}_{(s+2d)} c p^{-1} \varkappa(n-1) \ldots\ldots + {}_{(s+nd)} \overset{n}{a} p^{-1} \varkappa 1$$

$$= nd \left(\frac{\mathfrak{a}^n A}{a} - \frac{\mathfrak{b}^n B}{2a^2} + \frac{\mathfrak{c}^n C}{3a^3} \ldots\ldots \pm \frac{\mathfrak{n}^n N}{na^n} \right)$$

$$\left(\begin{matrix} b, & c, & d, & e, & \ldots\ldots \\ 1, & 2, & 3, & 4, & \ldots\ldots \end{matrix} \right)$$

Caſum hunc, ſi $m = -1$, ſingulariter ponderandum eſſe credidi, quoniam primo intuitu formula hac §pho propoſita ei applicari non poſſe videatur.

§. IV.

$$s q^f \varkappa 1 \; q^g \varkappa(n+1) + {}_{(s+d)} q^f \varkappa 2 \, q^g \varkappa n + {}_{(s+2d)} q^f \varkappa 3 \; q^g \varkappa(n-1) \ldots + {}_{(s+rd)} q^f \varkappa(r+1) \; q^g \varkappa(n-r+1) \ldots$$

$$\ldots + {}_{(s+nd)} q^f \varkappa(n+1) \; q^g \varkappa 1 = \frac{s(f+g)+ndf}{f+g} . q^{f+g} \varkappa(n+1)$$

$$q \, [\alpha, \; \beta, \; \gamma, \; \delta \ldots]$$

Demonſtratio.

Scala ſit $p\,[a, b, c, d \ldots]$, et eſt (§. III.)

$$s a p^m \varkappa(n+1) + {}_{(s+d)} b p^m \varkappa n + {}_{(s+2d)} c p^m \varkappa(n-1) \ldots + {}_{(s+rd)} \overset{r}{a} p^m \varkappa(n-r+1) + \ldots + {}_{(s+nd)} \overset{n}{a} p^m \varkappa 1$$

$$= \frac{s(m+1)+nd}{m+1} p^{m+1} \varkappa(n+1)$$

Introducatur alia ſcala $q\,[\alpha, \beta, \gamma, \delta, \ldots]$ et ſit $a = q^f \varkappa 1$, $b = q^f \varkappa 2$, $c = q^f \varkappa 3$, etc. atque erit ſcala $p\,[q^f \varkappa 1, \; q^f \varkappa 2, \; q^f \varkappa 3, \ldots]$ ergo (§. II.)

$$s q^f \varkappa 1 \; q^{fm} \varkappa(n+1) + {}_{(s+d)} q^f \varkappa 2 \; q^{fm} \varkappa n + {}_{(s+2d)} q^f \varkappa 3 \; q^{fm} \varkappa(n-1) \ldots + {}_{(s+rd)} q^f \varkappa(r+1) \; q^{fm} \varkappa(n-r+1) \ldots$$

$$\ldots + {}_{(s+nd)} q^f \varkappa(n+1) \, q^{fm} \varkappa 1 = \frac{s(m+1)+nd}{m+1} . q^{fm+f} \varkappa(n+1);$$ et, ſi ponitur $m = \frac{g}{f}$, prodit

$$s q^f \varkappa 1 \; q^g \varkappa(n+1) + {}_{(s+d)} q^f \varkappa 2 \, q^g \varkappa n + {}_{(s+2d)} q^f \varkappa 3 \; q^g \varkappa(n-1) \ldots + {}_{(s+rd)} q^f \varkappa(r+1) \, q^g \varkappa(n-r+1) \ldots$$

$$\ldots + {}_{(s+nd)} q^f \varkappa(n+1) \; q^g \varkappa 1 = \frac{s\left(\frac{g}{f}+1\right)+nd}{\frac{g}{f}+1} . q^{f+g} \varkappa(n+1) = \frac{s(f+g)+ndf}{f+g} q^{f+g} \varkappa(n+1) \quad \text{Q. E. D.}$$

Coroll.

$$\text{Coroll. } \frac{q^{f+g}\varkappa(n+1)}{f+g} = \alpha^{f+g-1}\mathfrak{a}^n A + {}^{f+g-1}\underset{2}{\mathfrak{A}}\alpha^{f+g-2}\mathfrak{b}^n B + {}^{f+g-1}\underset{3}{\mathfrak{B}}\alpha^{f+g-3}\mathfrak{c}^n C$$

$$+ {}^{f+g-1}\underset{4}{\mathfrak{C}}\alpha^{f+g-4}\mathfrak{d}^n D \ldots\ldots {}^{f+g-1}\underset{n}{\overset{n}{\overset{-1}{\mathfrak{N}}}}\alpha^{f+g-n}\mathfrak{n}^n N$$ (vid. §. I. et nota e.)

Ergo

$$s q^f\varkappa 1\, q^g\varkappa(n+1) + (s+d)q^f\varkappa 2\, q^g\varkappa n + (s+2d)q^f\varkappa 3\, q^g\varkappa(n-1) \ldots\ldots + (s+nd)q^f\varkappa(n+1)\, q^g\varkappa 1$$

$$= [s(f+g)+ndf]\left[\frac{\mathfrak{a}^n A}{\alpha} + \frac{{}^{f+g-1}\mathfrak{A}\mathfrak{b}^n B}{2\alpha^2} + \frac{{}^{f+g-1}\mathfrak{B}\mathfrak{c}^n C}{3\alpha^3} \ldots\ldots + \frac{{}^{f+g-1}\overset{-1}{\mathfrak{N}}\mathfrak{n}^n N}{n\alpha^n}\right]\alpha^{f+g}$$

si itaque $g = -f$, vel $f+g = 0$, est

$$s q^f\varkappa 1\, q^{-f}\varkappa(n+1) + (s+d)q^f\varkappa 2\, q^{-f}\varkappa n + (s+2d)q^f\varkappa 3\, q^{-f}\varkappa(n-1) \ldots\ldots + (s+nd)q^f\varkappa(n+1)q^{-f}\varkappa 1$$

$$= ndf\left[\frac{\mathfrak{a}^n A}{\alpha} - \frac{\mathfrak{b}^n B}{2\alpha^2} + \frac{\mathfrak{c}^n C}{3\alpha^3} - \frac{\mathfrak{d}^n D}{4\alpha^4} \ldots\ldots \pm \frac{\mathfrak{n}^n N}{n\alpha^n}\right]$$

$$\left(\begin{matrix}\beta, & \gamma, & \delta, & \varepsilon \ldots\ldots \\ 1, & 2, & 3, & 4 \ldots\ldots\end{matrix}\right)$$

Haec sufficiunt, ad formulae Eschenbachianae demonstrationem primam exhibendam.

§. V.

Problema.

Sit data aequatio: $y^l = \alpha x^r + \beta x^{r+d} + \gamma x^{r+2d} + \delta x^{r+3d} + \ldots + \overset{n}{\alpha} x^{r+nd} \ldots$ exprimere x^s per seriem, cuius membra secundum dignitates variabilis y progrediuntur, ubi l, r, d, s numeros significare possunt omnes, pro quibus theorema binomiale valet, hac tamen unica restrictione addita, sit neque α neque $r = 0$.

Solutio.

Forma seriei quaesitae haec est: $x^s = \dot{A}y^{\frac{ls}{r}} + \dot{B}y^{\frac{l(s+d)}{r}} + \dot{C}y^{\frac{l(s+2d)}{r}} + \dot{D}y^{\frac{l(s+3d)}{r}} + \dot{E}y^{\frac{l(s+4d)}{r}} \ldots$
$\ldots + \overset{n}{\dot{A}}y^{\frac{l(s+nd)}{r}}$ (f)

Scalae

(f) *Coefficientes ficti* punctis notantur supra positis. *Nou. System. Perm.* p. XXXIV. De *forma* seriei fictae cf. *Kaestneri Analysis endlicher Groessen.* §. 690. Si enim $x = gy^\lambda + hy^{\lambda+\delta} \ldots$ aequatio data est, forma seriei quaesitae haec est: $y = \dot{\mathfrak{A}}x^{\frac{1}{\lambda}} + \dot{\mathfrak{B}}x^{\frac{1+\delta}{\lambda}} + \dot{\mathfrak{C}}x^{\frac{1+2\delta}{\lambda}} \ldots$ scribatur loco x, g, y, λ, h, δ respectiue y^l, α, x, r, β, d, et erit $x = \dot{\mathfrak{A}}y^{\frac{l}{r}} + \dot{\mathfrak{B}}y^{\frac{l(1+d)}{r}} + \dot{\mathfrak{C}}y^{\frac{l(1+2d)}{r}} \ldots$ si data aequatio est $y^l = \alpha x^r + \beta x^{r+d} + \gamma x^{r+2d} \ldots$ unde (sequitur $x^s = \dot{A}y^{\frac{ls}{r}} + \dot{B}y^{\frac{l(s+d)}{r}} + \dot{C}y^{\frac{l(s+2d)}{r}} \ldots\ldots$

Scalae sint

$$q[\alpha, \beta, \gamma, \delta, \ldots\ldots] \text{ et } p = [\dot{A}, \dot{B}, \dot{C}, \dot{D}, \ldots\ldots]$$

Cum sit $y^t = \alpha x^r + \beta x^{r+d} + \gamma x^{r+2d} + \delta x^{r+3d} \ldots + \overset{n}{\alpha} x^{r+nd}, \ldots\ldots$, erit

$$y^{\frac{ts}{r}} = q^{\frac{s}{r}} \varkappa 1 x^s + q^{\frac{s}{r}} \varkappa 2 x^{s+d} + q^{\frac{s}{r}} \varkappa 3 x^{s+2d} + q^{\frac{s}{r}} \varkappa 4 x^{s+3d} \ldots + q^{\frac{s}{r}} \varkappa(n+1) x^{s+nd} \ldots (\Gamma$$

Et quoniam

$$x^s = \dot{A} y^{\frac{ts}{r}} + \dot{B} y^{\frac{t(s+d)}{r}} + \dot{C} y^{\frac{t(s+2d)}{r}} + \dot{D} y^{\frac{t(s+3d)}{r}} + \ldots + \overset{n}{\dot{A}} y^{\frac{t(s+nd)}{r}} \ldots (\Delta;$$

est etiam

$$x^{s+d} = + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa 1 y^{\frac{t(s+d)}{r}} + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa 2 y^{\frac{t(s+2d)}{r}} + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa 3 y^{\frac{t(s+3d)}{r}} + \ldots + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa n y^{\frac{t(s+nd)}{r}} \ldots\ldots$$

$$x^{s+2d} = + p^{\frac{s+2d}{s}} \varkappa 1 y^{\frac{t(s+2d)}{r}} + p^{\frac{s+2d}{s}} \varkappa 2 y^{\frac{t(s+3d)}{r}} + \ldots + p^{\frac{s+2d}{s}} \varkappa(n-1) y^{\frac{t(s+nd)}{r}} \ldots\ldots$$

$$x^{s+3d} = + p^{\frac{s+3d}{s}} \varkappa 1 y^{\frac{t(s+3d)}{r}} + \ldots + p^{\frac{s+3d}{s}} \varkappa(n-2) y^{\frac{t(s+nd)}{r}} \ldots\ldots$$

$$\vdots$$

$$x^{s+md} = + p^{\frac{s+md}{s}} \varkappa 1 y^{\frac{t(s+md)}{r}} \ldots + p^{\frac{s+md}{s}} \varkappa(n-m+1) y^{\frac{t(s+nd)}{r}} \ldots\ldots$$

$$\vdots$$

$$x^{s+(n-1)d} = + p^{\frac{s+(n-1)d}{s}} \varkappa 1 y^{\frac{t(s+[n-1]d)}{r}} + p^{\frac{s+(n-1)d}{s}} \varkappa 2 y^{\frac{t(s+nd)}{r}} \ldots\ldots$$

$$x^{s+nd} = + p^{\frac{s+nd}{s}} \varkappa 1 y^{\frac{t(s+nd)}{r}} \ldots$$

Subſ

Substitutis his in aequatione Γ valoribus, hanc nanciscimur aequationem:

$$0 = \left.\begin{matrix}\dot{A} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_1 \\ -1\end{matrix}\right\} y^{\frac{1s}{r}} + \left.\begin{matrix} \dot{B} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_1 \\ + p^{\frac{(s+d)}{s}} \varkappa_1 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_2 \end{matrix}\right\} y^{\frac{1(s+d)}{r}} + \left.\begin{matrix} \dot{C} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_1 \\ + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa_2 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_2 \\ + p^{\frac{s+2d}{s}} \varkappa_1 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_3 \end{matrix}\right\} y^{\frac{1(s+2d)}{r}} + \left.\begin{matrix} \dot{D} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_1 \\ + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa_3 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_2 \\ + p^{\frac{s+2d}{s}} \varkappa_2 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_3 \\ + p^{\frac{s+3d}{s}} \varkappa_1 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_4 \end{matrix}\right\} y^{\frac{1(s+3d)}{r}} \ldots + \ldots\ldots + \left.\begin{matrix} \overset{n}{\dot{A}} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_1 \\ + \ldots + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa_n q^{\frac{s}{r}} \varkappa_2 \\ + \ldots + p^{\frac{s+2d}{s}} \varkappa_{(n-1)} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_3 \\ + \ldots + p^{\frac{s+3d}{s}} \varkappa_{(n-2)} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_4 \\ + p^{\frac{s+4d}{s}} \varkappa_{(n-3)} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_5 \\ \vdots \\ + p^{\frac{s+md}{s}} \varkappa_{(n-m+1)} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_{(m+1)} \\ \vdots \\ + p^{\frac{s+(n-1)d}{s}} \varkappa_2 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_n \\ + p^{\frac{s+nd}{s}} \varkappa_1 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_{(n+1)} \end{matrix}\right\} y^{\frac{1(s+nd)}{r}}$$

Est itaque $\dot{A} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_1 - 1 = \dot{A} \alpha^{\frac{s}{r}} - 1 = 0$, et

$$\dot{A} = \alpha^{-\frac{s}{r}} = \frac{s}{s} q^{-\frac{s}{r}} \varkappa_1$$

$$\dot{B} q^{\frac{s}{r}} \varkappa_1 + p^{\frac{s+d}{s}} \varkappa_1 q^{\frac{s}{r}} \varkappa_2 = \dot{B} \alpha^{\frac{s}{r}} + \dot{A}^{\frac{s+d}{s}} \frac{s}{r} \alpha^{\frac{s}{r}-1} \beta = \dot{B} \alpha^{\frac{s}{r}} + \alpha^{-\frac{s+d}{r}} \frac{s}{r} \alpha^{\frac{s}{r}-1} \beta = 0 \text{ et}$$

$$\dot{B} = -\frac{s}{r} \alpha^{-\frac{s+d}{r}-1} \beta = \frac{s}{s+d} \cdot -\frac{s+d}{r} \alpha^{-\frac{s+d}{r}-1} \beta = \frac{s}{s+d} q^{-\frac{s+d}{r}} \varkappa_2$$

Substituantur hi valores in aequatione Δ, et est

$$x^s = \frac{s}{s} q^{-\frac{s}{r}} \varkappa_1 y^{\frac{1s}{r}} + \frac{s}{s+d} q^{-\frac{s+d}{r}} \varkappa_2 y^{\frac{1(s+d)}{r}} \ldots\ldots\ldots (\Delta$$

Valor

Valor coefficientis ficti $\dot{C}$ determinatur hac aequatione:

$\dot{C}q^{\frac{s}{r}}\varkappa 1 + p^{\frac{s+d}{s}}\varkappa 2\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 2 + p^{\frac{s+2d}{s}}\varkappa 1\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 3 = 0$. Eſt autem $p^{\frac{s+d}{s}}\varkappa 2$, ſeriei, x^{s+d} per y exprimentis, coefficiens ſecundus, ergo $= \frac{s+d}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 2$; quod obtinemus, ſi in aequationis Δ coefficiente ſecundo, loco s ponatur $s+d$. Continet enim aequatio Δ ſeriem, x^s, per y exprimentem, et loco s, quilibet numerus, ſive integer ſive fractus, ſive poſitiuus ſive negatiuus, ergo etiam $s+d$ ſubſtitui poteſt (g). Eodem modo demonſtratur, eſſe $p^{\frac{s+2d}{s}}\varkappa 1 = \frac{s+2d}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 1$; eſt enim $p^{\frac{s+2d}{s}}\varkappa 1$ ſeriei, x^{s+2d}, per y exprimentis, coefficiens primus, cuius valorem invenimus, ſi in aequationis Δ coefficiente primo, loco s ponitur $s+2d$.

Eſt itaque $\dot{C}q^{\frac{s}{r}}\varkappa 1 + \frac{s+d}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 2\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 2 + \frac{s+2d}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 1\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 3 = 0$, et cum (§. IV.)

$\frac{s}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 3\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 1 + \frac{s+d}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 2\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 2 + \frac{s+2d}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 1\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 3 = 0$, etiam

$\dot{C}q^{\frac{s}{r}}\varkappa 1 - \frac{s}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 3\, q^{\frac{s}{r}}\varkappa 1 = 0$, ergo $\dot{C} = \frac{s}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 3$

et $x^s = \frac{s}{s}q^{-\frac{s}{r}}\varkappa 1\, y^{\frac{1s}{r}} + \frac{s}{s+d}q^{-\frac{s+d}{r}}\varkappa 2\, y^{\frac{1(s+d)}{r}} + \frac{s}{s+2d}q^{-\frac{s+2d}{r}}\varkappa 3\, y^{\frac{1(s+2d)}{r}} \ldots\ldots (\Delta$

